

Heinrich Rahn Reinhold Mantey

Disputatio Iuridica De Iniuriis Et Famosis Libellis

Rostochii: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735205086>

Druck Freier  Zugang



Unrecht und Schmachtschrei

R. U. für. 1658.

Heinrich Rahne (Praes.) 16

Reinhold Martey (Resp.)



DISPUTATIO JURIDICA
DE

**INJURIIS
ET FAMOSIS
LIBELLIS,**

Quam

A. D. T. O. M.

Sub

PRÆSIDIO

Amplisissimi, Consultisissimi & Excellentissimi VIRI

DN. HENRICI RAHNEN,

J. U. D. IN ILLUSTRIS AD VARNUM ACADEMIA Professoris celeberrimi, Facultatis Juridicæ SENIORIS, nec non Ducalis Consistorii

Affessoris gravissimi,

DNI Patroni ac Præceptoris omni observantia prosequendi,

Publicæ Eruditorum censuræ ventilandam submittit

REINHOLDUS MANTEY,

REG. BORUS.

Ad diem XXIV. April.

in Auditorio Majori.

ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILII,
Acad. Typ. ANNO M. DC. LVIII.

DEPUTATIO JURIDICA

IN
ET
LIBELLIS

Universitäts
Bibliothek
Rostock

REINHOUDUS MANTHEY
D. D. in
D. M. W. O. R. S.

DNI Patroni ac Praeceptores

REINHOUDUS MANTHEY

BORUS

ROSTOCK

De Injuriis & Famosis Libellis ex jure
acturi invocamus Deum, qui ipsa est justitia,
ut nobis viam ad jus & veritatem aperiat.

Th. 1.



Injuria in genere sumpta significat omne
id, quod non jure sit *pr. Inst. de injuriis l. 1.*
pr. ff. eodem.

2. Specialiter. & in nostra materia su-
mitur injuria pro contumelia à contemptu
dicta: quia nemo, nisi quem contempnit, afficit tali inju-
ria, *Senec. de Constant. Sap. cap. 11. Inst. d. pr. b. 1.*

3. Injuria itaq; hic est delictum privatum dolo malo
in alterius contumeliam commissum. *Trent. de privat. de-
lict. th. 5. per l. 3. & 4. ff. l. 9. C. b. 1.*

4. Dividitur injuria hæc in realem & verbalem, §. 1.
Inst. l. 1. §. 1. ff. b. 1. in levem & atrocem, §. atrox. 9. Inst. l. 7.
pr. & 8. l. 8. & 9 ff. b. 1.

5. Re, seu facto fit dupliciter injuria, vel molestiam
corpori inferendo per verbera & pulsationem, §. 1. *Instit.*
*& l. 1. §. 1. ff. b. 1. vel faciendo aliquid contra corporis lætio-
nem, quod ad infamiam alterius pertinet, Exempla sup-
peditat, §. 1. Instit. l. 1. §. 1. l. 13. §. 3. l. 15. Item b. 1. Et hic et-
iam conatus actui proximus punitur l. 15. §. 1. ff. b. 1.*

6. Observandum hic: si quid factum in alterius igno-
miniam videatur, quod in jure denominatum non est,
tùm demum causâ cognitâ, actionem injuriarum dari,
l. 15. §. 34. in fin. b. 1.

A

7. Ver-

24

7. Verbis infertur etiam dupliciter: Verbis sc. vel lingua nuncupatis, ut si alicui convicium, vel contumelia dicatur *l. i. §. 1. & 2. b. t. c. §. 1. Inst. eod.* vel in Scripturam redactis. Idq; porro fit vel sub nomine, vel sine nomine Auctoris. Si Auctor nomen addit, manet simpliciter injuria; sin minus, transit in famotum libellum, § 1. *ver. vel si quis & c. Inst. hic. l. un. C. de fam. lib. l. 15. §. 27. ff. b. t.*

8. Nota hic veritatem convitii, objicentem à calumnia non defendere, si sine causa probabili atq; convitiandi libidine, (quæ in dubio præsumitur ex verbis per se injuriosis *l. 18. §. 3 ff. l. 5 pr. C. b. t.*) sit objectum probrum, crimen, vel vitium quoddam corporis, *l. 5. C. b. t. l. 3. ibi: Si veræ voces sint, nec ad libidinem effusa, C. de offic. Rect. provin. Gaill. 2. observ. 99.*

9. Atrox & levis injuria distinguuntur circumstantiis & modis qui describuntur in *l. 16. ff. de pœnis l. 7. §. fin. b. t.*

10. Injuriam faciunt, qui dolo & animo convitiandi vel verbis, vel factis alium lædunt, *d. pr. Inst. & l. 1. pr. ff. b. t.* etiam pupilli pubertati proximi, arg. *l. 111. de R. J. l. 23. ff. de furtis.*

11. Neq; excusat facientem præfatio honoris, vel protestatio facta contraria, *l. 21. pr. ff. de acqui. hered. arg. l. 12. §. 2. de cap. & postlim. revers. Gaill. 2. obser. 101. num. 1. & seqq.* Ex verbis, ut dictum, enim per se injuriosis præsumitur injuria, nec non dolus & animus injuriandi.

12. Infertur injuria vel per unum, vel plures; imò tot sunt injuriæ quot personæ inferentes, *l. 34. ff. b. t. l. 9. ff. de jurisd.*

13. Astrologus, vel alius, qui illicitam aliquam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixit, licet ex Edicto Prætoris de injuriis non constingatur, tamen
facit

facit injuriam ex constitutione vindicandam, *l. 15. §. 13. ff. b. t. Coll. Arg. hic. ib. s. n. 9.*

14. Neq; solùm injuriarum tenetur, qui illam fecit, sed etiam, qui curavit, persuasit, jussitve, ut fieret, *l. u. pr. §. 3. 4. & 6. l. 15. §. 8. l. 17. §. 2. ff. & §. 1. ib: dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret. Inst. hic.*

15. Magistratus, ejusve Ministri, quando limites justitiæ & pietatis suæ egrediuntur, injuriarum possunt conveniri, *l. 32. l. 25. §. 5. ff. b. t.*

16. Filius quoq; patris jussu, vel mandato injuriam faciens culpæ est affinis & unà cum patre injuriæ reus, *d. l. 11. §. 4. ibiq; gloß. ff. b. t.*

17. Non verò injuriam faciunt, qui doli non sunt capaces, & inde affectu injuriandi carent, ut furiosus & impubes infantix proximus, *l. 3. §. 1. b. t.*

18. Nec dormiens, arg. *Clem. unic. de homicid. & arg. l. 1. §. 3. de acquirend. vel amit. pos.*

19. Ebrius & iratus injuriam inferentes, si eos, postquam ille crapulam edormivit, hic iram missam fecit, pœniteat peccasse, maximè si substiterint in verbis, excusantur in tantum, non in totum: quia respectu delicti commissi dolo carent, *l. 6. §. 7. in fin. de re milit. l. 12. pr. vers. si tamen. ff. de cust. reor. Can. 7. & 9. caus. 15. q. 1. l. 38. §. 8. ib: cum sit difficillimum & s. ad l. Jul. de adulz. Can. 5. caus. 2. q. 3.*

20. In tantum, dico, excusantur, non in totum, h. e. extraordinariè saltim puniuntur. Quamvis enim pœnitentia in foro civili de licita non purget, *Gaill. observ. 6. n. 3.* tamen quia ex animo præcipue æstimantur & proposito, non planè quidem, sed ex parte duntaxat per affectum aliquè vehementiorem, vel similem causam ejecta leviora habenda sunt. Unde omnis omninò pœna illis remittenda non

da non est: cum minimè ferendum sit, ut ex stultitia & actione illicita alterius alter damnum sentiat, contra *l. 155. pr. de R. J. Jung. l. 65. ff. de furt.*

21. Nec qui per jocum, aut in certamine percutit, injuriarum tenetur, *l. 3. §. 3. b. t. ut nec is, qui suo jure utitur l. 13. §. 1. b. t. l. 55. §. 1. de R. J.*

22. Sunt namque personæ, quæ jus habent imperandi, adeoque emendandi potius, quam injuriandi animo dixisse quid, aut fecisse præsumantur: quales sunt Parentes, Magistri, qui filium, vel discipulum castigant moderatè *l. 5. §. ult. §. 1. seq. ff. ad l. Aquil. l. un. C. de emend. propinq. l. 3. C. de patr. pot.*

23. Sic nec maritus injuriâ afficit uxorem, ipsam justo modo castigans *arg. l. 8. §. 2. & Auth. seq. C. de repudi. Nov. 117. c. 14. l. 11. §. 7. vers. levis enim coërcitio. ff. de insur.*

24. Dixi *suprà* *th. ii.* ex verbis per se contumeliosis præsumi dolum & animum injuriandi; at illa præsumptio aliis conjecturis eliditur, quarum non minima est, quæ desumitur à qualitate personarum, quibus usus concedit potestatem alios perstringendi: ex quo mimi & histriones non solent conveniri injuriarum.

25. Quod si tales conjecturæ pro Reo forsan adsunt, potest ex æquitate, consideratis circumstantiis & personis juramentum purgationis ipsi deferri, *l. 5. §. 8. l. n. §. 1. in fin. ff. b. r. l. 6. §. 4. de his, qui notant. infam. cap. fin. in fin. Extr. de jurejur. Gaill. 2. obs. 106. n. 34.*

26. Constat pati posse injuriam, qui facere possunt, *l. 3. pr. b. t.* nonnunquam tamen injuriam patiuntur, qui facere nequeunt, ut furiosus & impubes, *d. l. 3. §. 1.*

27. Patitur quis injuriam vel immediatè, in se ipso, vel mediatè in aliis. Illud fit tam absenti, quam præsentì

l. 15.

l. 15. §. 7. b. t. Hoc, quando per consequentiam redundat injuria in alium, quam cui illata est. Quando ex. gr. injuria fit liberis, vel servis meis, vel uxori, nuruive, aut sponsæ. Spectat enim ad nos injuria, quæ his fit, qui potestati nostræ, vel affectui subjecti sunt §. 2. & 3. *Inst. l. 1. §. 3. & ult. l. 18. §. 1. & 2. l. 15. §. 24. ff. l. 1. & 2. C. b. t.*

28. Notandum tamen quod personæ, per quas injuriam patimur, sint duplicis generis. Quædam n. & ipsæ sunt capaces injuriæ, ut filiusfam; & uxor §. 2. *Inst. l. 1. §. ult. l. 11. §. 7. l. 41. ff. & l. 2. C. b. t.* quædam non, ut servi §. 3. *Inst.*

29. In servis autem distinguitur inter leviolem & atrociolem injuriam: hæc enim si aperte ad contumeliam domini respiciat, domino, ad effectum agendi suo nomine, demum censetur illata; *d. §. 3. Inst. l. 15. §. 35. l. 17. §. 2. ff. b. t.*

30. Remedia quibus injuriæ vindicantur illatæ, vel sunt ex jure Prætorio, vel ex Jure Civili, §. 7. & 8. *Inst. b. t.* Ex jure prætorio actio pro injuriis non tantum realibus, sed quibusvis, vindicandis datur, l. 7. §. 1. præsertim *vers. quid ergo & §. 2. l. 15. §. 2. & §. 25. ff. b. t.*

31. Qui agit injuriarum, certum dicat, quid injuriæ factum sit, l. 7. *pr. ff. b. t.* idq; æstimet, ut iudex vel tantum reum condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit, pro qualitate injuriæ factæ, & personæ facientis & patientis, & aliarum circumstantiarum, §. 7. & 9. *Inst. l. 7. §. ult. cum l. seq. 8. & 9. l. 21. ff. b. t.*

32. Æstimatio autem illa non fit, ac si tanti æstimeretur fama, vel existimatio ejus, qui passus est injuriam. Fama enim nummario pretio æstimari nequit; sed fit ad compescendam malitiam injuriosi.

33. Competit hæc actio illi, qui injuriam passus est, sive per seipsum, sive per alios: quorum defensio ad illum spectat.

Etat. Inde parenti conceditur actio nomine suo & libero-
rum: Marito, ob injuriam uxori factam, suo & uxoris
nomine. Defendi enim uxores à viris, non viros ab uxo-
ribus, æquum est, §. 2 *Inst. l. 1. §. 3. & s. l. 2. ff. h. t. l. 30 §. 1 ff. h. t.*

34. Idq; obtinet, licet nesciat injuriam inferens, cujus
filius sit, cujusve uxor, modò sciat esse filiumfam: vel nu-
ptam *l. 1. §. 8. l. 18. §. 5. h. t.*

35. Ex una injuria interdum triplex nascitur actio, ita
ut nec unius persecutio per aliã consumatur, v. g. Si Titii
uxori filixfamil. sit facta injuria, & Titio marito, & patri
ejus, & ipsi competit injuriarum actio *l. 1. §. fin. l. 18. §. 2. ff. h. t.*

36. Datur adversus eum, qui fecit injuriam, & qui dolo
curarunt eam fieri, §. *pen. Inst. l. 11. pr. h. t. l. 1. §. 1. Si quis caut.*
etiamsi sit magistratus *l. 32 h. t. l. 49. §. 7. ad l. Aquil.*

37. Actione hac non rem sed pœnam persequimur:
coercet enim petulantiam & tendit ad vindictam, adeoq;
pœnalis est, & famosa, *l. 7. pr. l. 15. §. 46. l. 2. §. 4. de coll. bonor.*

38. Non datur hæredibus, neque in hæredes, nisi lite
cum eo, qui contumeliosè læsit, contestatã, *l. 13. princ. l. 15.*
§. 14. ff. h. t. l. 28. ff. h. t. vel nisi injuria facta sit cada veri de-
functi, l. 1. §. 4. l. 27. h. t. l. 8. pr. ff. de reliq. & sump. funo

39. Ex Jure Civili & quidem ex L. XII. tab. olim erat
ratio propter membrum ruptum (quod convenit cum le-
ge Mosaica *Exod. 21. v. 24.*) propter os verò fractum num-
maria pœnæ erant constitutæ, §. 7. *Inst. h. t. Gell Noct. Att.*
lib. 20. cap. 1. & lib. 16. cap. 10. Succesit recentius Jus Civile
Lex sc. Cornelia à Luc. Cornelio Sylla consule lata; quæ
dedit actionem ex tribus causis, videl. quod quis pulsatus
verberatusve, domusve vi introita sit. Apparet ergo
omnem injuriam, quæ manu fit, L. Cornelia contineri,
l. 5. pr. §. 1. & seqq. §. 8. Inst. h. t.

40. Re-

40. Relictis jam in medio Scto & Constitutionibus, quibus & Jur. Civ. injuriæ quædam vindicabantur, l. 5. §. pen. & ult. l. 37. pr. ff. b. t. dicimus, in actione ex L. Cornelia injuriam passum, uti in prætoriam, agere posse civiliter, atq; petere certam sibi summam adjudicari, salva judicis æstimatione, §. 9. & 10. Inst. ibiq; Rittersbusius. l. 31. §. 1. ff. b. t. Hart. Hart. tit. 49. de injur. obs. 3. num. 4.

41. Si reus solvendo non est, luat corpore l. 35. ff. b. t. l. fin. ff. de injus voc.

42. Utrâq; actione tam prætoriam, quam civili criminaliter etiam agi potest, ita ut officio judicis extraordinaria poena in corpus, aut pecuniaria fisco applicanda, pro qualitate delicti statuatur, §. 10. Inst. & l. ult. ff. b. t. interim, cum utraq; ad vindictam comparata sit, una intentata tollit alteram. l. unic. pr. C. quando civil. act. crimin. prejud. l. 7. §. 2. ff. b. t.

43. Sive autem criminaliter, sive civiliter agatur, semper injuriarum actio non publici, sed privati judicii querelam, continet. l. 7. & l. fin. C. b. t. l. 42. §. 1. de procurator. Exceptâ injuria, quæ sacerdoti in templo sacris operanti inferitur, l. 10. C. de Epis. & Cler. Can. si quis. 22. vers. qui autem. Caus. 17. q. 4. jung. l. 4. C. de injur.

44. Procurator tamen non admittitur, nisi quis civiliter agat, l. 42. §. 2. ff. de procurat. l. 11. §. 2. & l. 17. §. 19. b. t. Criminaliter enim per procuratorem agere injuriarum nemo potest, nisi sit persona illustris, l. fin. C. b. t. §. ult. Inst. Eod. Nov. 71. cap. 1. quibus etiam alias in pecuniariis causis non nisi per procuratorem agere licet, l. 25. cum Auth. seq. Hoc jus C. de procurat. d. Nov. 71. cap. 1.

45. Quando dico, civiliter agenti perimitti procuratorē, non intelligo tantum eam actionē, quæ ratione causæ efficientis

ficientis, Legis scilicet, dicitur Civilis; sed & illam, quam Prætor introduxit, inde honoraria dicta §. 7. *versus sed pœna. Inst. b. t.* quæ civilis quoque appellatur, quatenus opponitur actioni criminali, quod ex hac persequamur vindictam publicam, ita ut reus vel in corpore coerceatur, vel condemnatur in multam fisco applicandam, ex illa verò quisque sibi aliquid adjudicari petat.

46. Hodie discrimen illud circa procuratorem non observari in Camera Imp. cum partes ibi per procuratores, vigore ordinationis, comparere debeant, testatur *Gaill. 2. observ. 2. num. 7.*

47. Actio injuriarum famosa est, dixi *in fin. rb. 38.* unde ex ea condemnatus fit infamis, §. 2. *Inst. de pœna tem. lit. l. 1. l. 4. §. 5. de his qui not. inf. l. 40. ff. l. 42. ff. b. t.* excipe procuratorem & alios qui alieno nomine condemnati sunt, ille quoque qui precibus impetravit, ne secum ageretur, qui jussu & auctoritate prætoris transegit *l. 6. §. 2. & 3. ff. de his qui not. inf.* Hodie & ille excipitur, cui in sententia conservatur fama. Quod licet mirum videatur & non usque adeo juri conveniens, *arg. l. 36. de sur. nec ipsis quidem legibus, quæ ad id allegari solent, nempe l. 13. §. 7. ff. & l. 3. C. de his qui not. inf.* tamen stylus judiciorum ita recepit, qui pro lege observandus est, ait *Gaill. 1. obs. 65. num. ult. per l. 2. C. Quemadmodum test. aper. & cap. 2. de præben. in 6to.*

48. Sic quoque præter supra adductas actiones, moribus introducta, ac stylo judiciorum, in id ipsius Camere Imp. recepta est Actio ad Palinodiam, seu recantationem, *Mynsing. ad §. in summa 10. n. 6. Ordin. Camer. part. 2. tit. 28. §. und sonderlich ibi. auff Widerruff gestagt.* quæ fama lætæ restituit & redintegrari censetur. Etenim credimus vulgò, existimationem convitiis & injuriis lædi: & talis quis existimatur, qualis

qualis dicitur, si in ultam relinquat injuriam etiam perditum hominis, cujus tamen maledicta nullius dignitate violare possunt, cum nostra fama non sit in cujusvis privati potestate atque arbitrio.

49. Hæc actio civilis est, non criminalis, quia revera rem, famæ sc. restitutionem, urget, non vindictam, aut poenam fisco applicandam, *Gaill. 1. obs. 65. n. 1. Mynf. 2. obs. 98.* unde cumulari potest in libello cum actione injuriarum, quæ æstimatur injuria ab auctore pecuniâ sibi applicanda. *Mynf. dict. obser. n. 10. Marq. Freber. de existim. lib. 2. cap. 9. n. 4.*

50. Agendum jam erit de modis quibus extinguitur, vel aboletur actio injuriarum. Illi verò omnes generaliter comprehendi possunt sub remissione & morte. Remissio est vel tacita, vel expressa. Tacita iterum duas habet species.

51. Altera ex factis desumitur, quæ inducunt dissimulationem & injuriæ gratiam esse factam arguunt, v. g. si quis injuriam illatam joco excipiat, vel ad eam rideat, vel quod magis est, cum eo à quo injuriâ affectus est, familiariter conversetur aut colloquatur commestetur vè, ipsum comiter & amicè saluter, sine protestatione, motu proprio, non occasione ab alio data, & quasi ex necessitate, veluti si ad commune convivium fuit vocatus, § 1. *Inst. ibid. gl. Job. Fab. ibid. l. n. §. 1. ff. b. t. Dambaud. in prax. crim. cap. 136. n. 21. Jul. Clar. lib. 5. § injuria num. 10. Wesenb. in π. num. 13. hic.*

52. Altera species tacitæ remissionis oritur ex lapsu temporis, nimirum anni *l. 5. C. b. t. sed an annus hic utilis, vel continuus intelligendus sit, disceptatur.*

53. Annus, seu tempus utile dicitur dupliciter: ratione initii & ratione decursus. Illo respectu non currit

B

ignorant-

ignoranti, l. 1. de divers. temp. præscrip. l. 2. p. ff. Quis ordo in
pos. serv. Sic in actione prætoriam injuriarum, annus non
statim à tempore illatæ injuriæ, sed à tempore scientiæ
currere incipit, adeoque ad præscriptionem seu abolitio-
nem injuriarum actionis, hæc intellectu requiritur annus
utilis non continuus, Gaill. 2. obsios. num. 3. & seqq. Myns. 5.
obs. 7. n. 7. l. 1. in fin. C. de annal. except. Schurf. 1. Conf. 61. n. 5.
in fin. & num. seqq.

54. Ratione decursus dicitur tempus f. annus utilis, in
quò non computantur dies feriati, & quibus, sciens etiam,
agere non potuit, vel propter impedimentum sui ipsius,
vel judicis. vel rei, arg. l. 1. in fin. de divers. temp. præscrip.
Et hunc annum utilem demum extinguere actionem in-
juriarum prætoriam multi magni viri juri & legibus ci-
vilibus congruum arbitrantur per §. 1. ibiq. gl. ad verbum
annum. Inst. de perpet. act. & l. 14. §. 2. ff. Quod met. caus.

55. Verùm nos sequimur illos, qui annum continuum,
à momento in momentum ad tollendam actionem præ-
toriam injuriarum sufficere statuunt, cum Schneidw. ad §. sed
& 8. n. 1. & 2. Inst. h. t. ubi hæc sententiam testatur esse com-
muniorem Myns. ad §. ult. num. 5. Inst. Cod. per l. 5. ibiq. gl. ad
verb. annus. C. h. t. l. 4. §. 5. ff. de statu lib.

56. Actio injuriarum ex L. Cornelia descendens, cum
civilis sit, annalis esse non potest; sed reliquarum civi-
lium actionum naturam retinet, pr. Inst. de perpet. & temp.
act. l. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Mynsing. 1. obs. 7. num. 8.
Schneidw. dict. §. sed et. 8. n. 3. Balb. de præscrip. par. 4. par. 1.
4. principal. q. 1. n. 3. in fine, nisi velimus asserere, quod cri-
minaliter instituenda regulariter, ut alia crimina, exspi-
ret 20. annis ex l. 12. C. de crimin.

57. Ita

57. Ita cōmmuniter tradunt Dd. ex Jure: sed ea applicando ad nostrum forum, dico unam sufficere injuriarum actionem, eamq; non esse perpetuam, sed aboleri anno utili quoad initium; continuo, quoad decursum, *arg. l. 5. C. b. t.* Idque maximè tranquillitati Reipub. conducere sentio cum *Oldendorp. Clas. 7. act. 10. num. 7.*

58. Licet id in scripta & reali injuriâ non observari, sed post annum in iis etiam actionē institui posse, tradat *Gail. 2. ob. 104. num. 4. Wurmb. tit. de injur. 47. obs. n.* non

59. Remissio injuriæ expressa fit per declarationem apertam voluntatis de remittenda, vel remissa injuria, veluti per acceptam satisfactionem, *l. 17. §. 6. h. t.* per transactionem aut pactum, quod hic Legitimum est, & ipso jure tollit actionem, *l. 17. §. 1. l. 27. §. 2. vers. sed si pact. & §. 4. vers. sed post admissa. ff. de pact. l. 11. §. 1. in fin. ff. h. t. Gail. 2. obs. 102. n. 17. Hart. Hart. tit. 49. obs. 5.*

60. Hinc existimo, illum, qui ægrotans, & de sanitate desperans attestatus est, coram sacerdote, se injuriam, quam passus, remittere, postea si reconvalescat, actionem injuriarum intentare non posse: quia remisit injuriam & ejus vindictam § *fin. inst. h. t. d. l. 11. §. fin. eod.* licet damna, unâ cum injuria illata, pro quibus alia v. g. L. Aquil. actio competit, non videantur remissa. *l. 7. §. 1. l. 15. §. 46. ff. h. t. l. 8. §. 1. ad l. Aquil. l. 34. pr. de Obl. & Act. Gail. de arr. Imp. c. 14. n. 7. Myns. 4. obs. 10.*

61. Morte tollitur injuriarum actio tam inferentis injuriam, quàm patientis, cum tendat ad vindictam § *1. Inst. de perper. & temp. act. jung. th. 38.* ubi de hæredibus egimus.

62. Retorquere, ut hoc addam, injuria verbali provocatum posse injuriosa verba hoc modo, Tu mentiris: vel Tu mentiris ut Talis vel Talis, qualem me vocasti; ita ut

inter præfentes hoc in continenti, inter absentes verò etiam ex intervallo, & si coràm ore tenus commodè fieri nequeat, in scriptis per Notarium & testes fiat; eamq; retorsionem, si fiat animo defendendi, neque aliud crimen, quàm retorquenti objectum est, objiciat, tollere actionem injuriarum, statuunt communiter *Dd. Gaill. 2. obs. 100. n. 1. & seqq. Mynsing. 5. obs. 17. Berlich. 5. conclus. 64. & alii.* An verò hoc juri divino & humano satis sit conforme, non sine ratione quisquam posset dubitare.

63. Revertor ad libellum famosum, de quo in *l. 5. §. 9. 10. & 11. cum l. seqq. & l. unic. C. de famosis libel. Const. Crim. Carol. V. art. 110.* & constat vel verbis in scripturam redactis vel pictura aut sculptrili, seu fusili opere expressis.

64. Quando fit priori modo, nempe scripturâ, propriè verbalis est injuria: quando posterioribus modis, analogicè saltem ad verba referri poterit, cum aliud sit scriptura, aliud pictura & statua, *l. 9. §. 1. & 2. de acqui. rer. dom. §. 33. & 34. Inst. de rer. div. & Const. Imp.* illa distinguunt distinctis vocabulis v. g. *Schriften / Gemälden / Abgüß. Geschniß und Gemächte / Ord. Pol. Carol. V. de anno 1548. tit. von Schmähschriften & c. Ord. Pol. Rudolph. II. de anno 1577. tit. 35.*

65. Utrumq; rursus sit vel adjecto nomine auctoris, vel omisso eo. Illud si fiat, injuria adhuc annumeratur verbali, ut antea dictum. Hoc si fiat, in specic est famosus libellus.

66. Hunc libellum famosum à simplici injuria scripta ita distinguit *Wesemb. in parat. num. 19.* Famosus libellus, ait, ad infamiam pertinet, h. e. impingit delictum aliquod notabile, injuria fit contumeliæ causâ, etiam absq; infamiæ nota, ut si quis Luscus, Claudus aliove nomine contumelioso appeletur & traducatur, consentit *Heig. 2. quest. 31. num. 15. & ibid.*

67. Sit

67. Sit ut sit, famosus libellus injuria quoq; scripta est:
At non omnis injuria scripta est famosus libellus. Quia
præter jam dictam differentiam etiam illa, & præcipua
quidem, adhibenda est, quod libellus famosus. Pasquill
ut vocant, necessariò requirat occultationem & omissionem
nominis Auctoris, pictorisve.

68. Est ergo famosus libellus in scriptis facta & ad in-
famiam alterius malitiosè edita & divulgata injuria.
*Const. Crim. Car. V. art. 110. ibiq; Georg. Remus in Nem. sua Caro.
lit. A. l. 3. lib. 34. de fam. libel. C. Theodos.*

69. Hujus criminis non tantùm, ut ex jam dictis patet,
reus est, qui talem scripturam fingit, pingitve, edit, aut di-
vulgat, sed & qui dolo malo facit, quo quid eorum fiat,
qui emendum vel vendendum curat, qui inventum non
statim concremat, vel corrumpit, sed aliis manifestat.
*l. 5. §. 9. 10. 11. l. 15. §. 27. l. 37. pr. b. t. l. unic. C. de famos. lib. D. A.
du Epher de anno 1570. §. mit gleichen Straffen. Ord. Pol. de
anno 1577. tit. 35. §. Wann Wir nun. & §. sequitur 4. caus. §. 9. 11.*

70. Potest ejusmodi injuriâ famosâ peritus agere con-
tra reum, si reperitur, injuriarû actione, vel civiliter, vel
criminaliter *d. l. 5. §. 9. 10. & 11.*

71. Quocunq; autem modo condemnatus est, fit inte-
stabilis, hæc neq; testis esse potest, neq; testamentum
condere, *l. 18. §. 1. ff. Qui test. fac. pos. l. 21. pr. ff. de testib. can. 2.
vers. ob earmen. caus. 4. q. 3.*

72. Ex Scrò olim cuius ex populo licebat publicâ quæ-
stione vindicare injuriam, cum nomen ejus non esset ad-
jectum, in quem factus erat famosus libellus, *l. 6. ff. b. t.*
Et sic Solon in genere pro convitio voluit popu-
larem actionem dari, ut cuius agendi facultas foret. *test.
Alex. ab Alex. lib. 6. c. 10. circa fin.*

73. Impp. postea, crescente malitiâ, severitatem LL. XII. Tab. quâ prosequerantur aliis infamiam aut flagitium impingentes, hujus meminit *Alex. ab Alex. d. cap. 6. cap. 10. circa fin. lib. 6.* hætenus antiquatam è tenebris revocarunt, & eos qui libellos famosos faciunt, edunt, & divulgant, capitali pænæ subjugari voluerunt, *l. un. C. de fam. libell. Const. Crim. Carol. V. art. 110.*

74. Ubi tamen capitalis pœna non semper & in quovis hujus delicti genere aut gradu ultimum supplicium denotat, uti nec aliàs *l. 2. ff. de pub. judic. l. 14. §. 3. de bon. liber. l. 28. pr. de pœn. l. 103. de V. S.*

75. Nam supplicium ultimum saltèm sustinet, qui crimen in libello famoso exprimit & obicit, quod capitale & mortis pœna dignum est; si aliud, alia & leviori pœna affligatur, ut ita legi talionis subjiciatur criminiosus, *Const. Crim. Car. V. tit. art. 110.*

76. Coeteros, qui inveniunt famosum libellum, & non lacerant nec flammis tradunt, sed foràs efferunt, sine applausu tamen & approbatione dolosâ, cum de iis non loquatur *Const. Crim. Car. V. tit. art. 110.* pœnâ eadem non plectendos; sed arbitrariè puniendos esse existimo. Quia pœnæ, tanquam odiosæ, restringendæ potius sunt, quam laxandæ *C. statutum de Elect. in 6to. cap. in pœnis. 49. C. de odia 15. de Reg. Jur. in 6to.*

77. Sic quoq; si in libello famoso crimen probari potest, reus libelli famosi extra ordinem puniendus est, *Const. Crim. Car. V. tit. no. in fin.* propterea quia ad probandum crimen judicialiter sese offerre debuerat non per clanculariam diffamationem, *l. 3. de accus. C. in script. l. un. vers. sed si quis, C. de fam. lib. Dautb. de Testam. num. 230. de ca. 1.*

78. Jus Canonicum jubet famosum libellum conficientem

entem flagellis cedere, & deponentem ejusmodi scriptū
in templo, anathemate ferire *Can. 1. & 3. caus. 9. 1.*

79. Ultimo notandum, quod libellus famosus opinio-
nem infamati non lædat *d. l. un. in fin. C. de fam. lib. cap. 4.
in fin. caus. 5. 9. 1.*

80. Affine supra positis omnino est remedium *l. diffamari. s. C. de ingea & manumis.* quod de jure nostro locū ha-
bet in omni genere causarum. civilium & criminalium; puta si quis de crimine iniquè traducatur, vel si quis se creditorem alicujus hinc inde jactet, vel alteri litem minetur, tum ita vel simili modo tractus potest hoc remedio, siue conditione *l. d. i. & l. i. Gaill. 1. obs. 9.*

81. Quo conceditur diffamato apud suum judicem citationem petere & impetrare, ut terminus ad agendum & probandum diffamanti præfigatur, & si is, tanquam Actor, qui forum rei scil. diffamati, sequi tenetur, contumaciter non compareat, nec obtrectationem probet, perpetuum silentium ipsi imponatur, *Gaill. d. obs. 9. 3. & num. 6. Mund. à Rodach. de diffam. proœm. num. 31.*


82. In hoc judicio diffamatus est reus, diffamator actor: quia diffamator tacite se ad agendum obstringit, cum diffamare nihil aliud sit quam ad judicem diffamati provocare *Gaill. d. obs. num. 4. Rodach. d. proœm. num. 55. & n. 56. per text. in l. diffamari. vers. vocitasse C. de ing. & man.*

83. Id quod ex eo magis elucescit, quod hoc remedium non sit actio, sed imploratio, seu requisitio judicis quæ simulatq; diffamator comparet, statim evanescit, & imploratorius libellus pro non exhibito reputatur, dum diffamator invitus actoris partes suscipere cogitur, ad causam provocatus. *Blarer. ad l. diffamari. C. de ing. & man. cap. 7. n. 13. Rodach. d. proœm. n. 58. & seq.*

De hoc

De hoc remedio quomodo in Imperio nostro, & quando,
quibusvè ex causis admittatur, & quæ sint ejus requisita,
docent. *Constin Ord. Cam. part. 2. tit. 25.* & quæ ad eam scripsit
Gaill. 1. obs. 10. 11. & 12. Mihi hic terminus esto.

SOL IDEO GLORIA.




Florentissimo & Eximio
DN. MANTEYO,
feliciter responsuro.

Ingentii melioris opes augmentur abundè,
Nutrita à claris semper ubiq; viris,
Hinc audent in luce sua se sistere doctis;
Hæc, MANTEYE, decus nobile ferre solent,
Næ manteia mihi nitidissima nascitur inde,
Quæ tibi cœlestes vaticinatur opes.

Cum voto & bono omine ser.

Joh. Georgius Dorscheus, D.



Ad Præcellentem
DN. REINHOLDUM MANTEY,
Regiom. Borussum,
Responsurum
de
Injuriis & Libellis famosis.

TABORIS (juri tam celsum & nobile nomen,
Eminuit sanctis Mons velut ille jugis)

Atq;

Atq; *Argentina*, Themidis prænobile germen
Inde decus nostræ delitiumq; Rosæ
Cerne, quid est sæculum? *Longa est injuria*: multi
Qui faciunt: pauci qui patienter habent
Tu REINHOLDE, seræ perstringis crimina turbæ:
Quidve agat hic pallus, lege monente, sonas.
Sit felix! *Veteris* redeant nunc sæcla *Valentis*:
Et per Te consent candida jura bonis!
Mons tibi ternus ovat: REGALIS, CANDIDUS, ipse
TABOR *Argyropes* conciliavit opes.
TABORIS tibi mella precor, roremq; Sionis.
Hinc vitæ Deus, hinc (opto) salute pluat!

*Celeræ honori & amori erga jucundissimum
DN. Convictorem quod debuit expressit*

Augustus Varenius, S.S.Th.D.
Hebraicorum & Cateches. Christ.
Professor.

Ad DN. RESPONDENTEM,

Quid sit, qui fiat nobis injuria verbis
Et factis, MANTEIE doces. Convitia linguæ
Quomodo Jus stolidæ taxet vel puniat, ipsis
Ex legum profers & promiss fontibus. Amplas
Jus promittit opes. Vitiis occurrere mundi
Perge modò. Tantos injuria nulla labores
Impediet: sed jura dabunt nox præmia. Certa
Namq; laborantis laus est & gloria merces.

scrib.

PRÆSES.

Musee fili, docte proditor Legum,
MANETE, jucundissimum Rosa pectus,
Et pulchra spes Mesoselenii nostri,
Cui spiritum Pietas, Venusq; formosum
Corpus dedit, ne tam serena Virtutum
Cultrix anima in amana tecta servaret.
Cur, quæso, nunc INJURIAS sacris sellis
LIBROSq; gestis explicare FAMOSOS?
Qui nullius fama gravis, nec obstipa
Unquam nocifera propalas, crena;
Aut Titio suum, aut suum negas Cajo.
Tu scilicet cunctos REINHOLDIOS velles,
Id est; modestos Gratiarum amatores,
Morumq; sancta. & Diva Jurium corda,
Sophiaq; alumnos Candidiq; cultores.
Hinc publice nunc tanta procrabis Monstra
Ut ipse sis magno Sequacium exemplo.
Et vel in hisce discant, quid acrius Prævo
Pulcherrimoq; sit venustius Recto,
Est, fateor, sibi nitere cæleste;
Sed & facis alijs præire divinum.

Hic tuus dulcissime est labor Theſeu;
Sic jam tibi mortalis arrogas cælum.
Quis siderum te non putaverit prolem?

DELICIO SUO

P.

JOHANNES RÖLINGIUS,

Holf.

☉:) O (: ☉



entem flagellis cedere, & deponentes
in templo, anathemate ferire *Can. 1. 5.*

79. Ultimo notandum, quod libelli
nem infamati non lædat *d. l. un. in fin.
in fin. caus. 5. 9. 1.*

80. Affine supra positis omnino est
mari. s. C. de inges. & manumis. quod de
bet in omni genere causarum. civilium
puta si quis de crimine inique tradu
creditorem alicujus hinc inde jacet,
netur, tum ita vel simili modo tradi
medio, siue conditione *La. di. Et. uti,*

81. Quo conceditur diffamatio apu
tationem petere & impetrare, ut ter
& probandum diffamanti præfigatur
Actor, qui forum rei scil. diffamati, se
maciter non compareat, nec obrecta
petuum silentium ipsi imponatur, *Ga.
Mund. à Rodach. de diffam. proœm. num.*

82. In hoc judicio diffamatus est reu
quia diffamator tacite se ad agendi
diffamare nihil aliud sit quam ad jud
vocare *Gaill. d. obs. num. 4. Rodach. d. pr
per text. in l. diffamari. vers. vocitasse C.*

83. Id quod ex eo magis elucescit,
non sit actio, sed imploratio, seu re
simulatq; diffamator comparet, stat
ploratorius libellus pro non exhibite
famator inivitus actoris partes susci
sam provocatus. *Blarer. ad l. diffamar.
7. n. 13. Rodach. d. proœm. n. 58. & seq.*

scriptu
audior
pinio
cap. 4.

l. diffamati
oculorum
lium;
quis se
em mi
hoc re

cem ci
endum
nquam
contu
bet, per
num. 6.

actor:
it, cum
ati pro
& n. 56.
an.

medium
icis quæ
t, & im
dum dif
, ad cau
man. cap.

De hoc

